BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 179r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

opus de domo deliciarum suarum
a paranimphis earum tulistis laudem
meam in pacem. Surgite et ite
quia non habetis hic requiem: propter
f immundiciam eius corripiet vos pu-
tredine pessima: utinam non es-
sem vir huius spiritus: et mendacium
cum ventosus loquerer. Stillabo tibi
in vinum et in ebrietate: et erit si-
quidem stillicidium populo isto. Congrega-
tione congregabo iacob totum te:
5 in unum conducam reliquias israel
pariter ponam illum sicut gregem in ouile
sicut pecus in medio caulium. Tumul-
tuabitur a multitudine hominum. As-
cendet enim pandens iter ante eos
Diuidet et transibunt portam: et egre-
dient per eam. et transibit rex eorum
coram eis: et dominus in capite eorum:

a Et dixi audite
principes iacob: et iudices
domus israel. Numquid
non vestrum est scire iudicium? qui odio
habetis bonum et diligitis malum:
b qui violenter tollitis pelles eorum
de super eis et carnem eorum de super
ossibus eorum. Et qui comederunt
carnem populi mei. et pelles eorum
de super excoriaiunt: et ossa eorum
confregerunt: et conciderunt sicut
lebetem et sicut carnem in medio olle
Tunc clamabunt ad dominum et non
c exaudiet eos: et abscondet faciem
suam ab eis in tempore illo: sicut nequi-
ter egerunt in adinuentionibus
suis. Hec dicit dominus super prophetas
qui seducunt populum meum: qui mor-
dent dentibus suis et predicant pa-
cem. et si quis non dederit in ore
d eorum quippiam: sanctificant super
eum prelium. Propterea nox vobis
pro diuinatione. et occidet sol
super prophetas: et obtenebrabitur
super eos dies et confundentur qui
videntur visiones: et confundetur
2 diuini. et operient voltus suos
omnes: quia non est responsum dei
Verumtamen ego repletus sum fortitudi-
ne spiritus domini. iudicio et virtute:
ut annuntiem iacob scelus suum.
et israel peccatum suum. Audite hoc
principes domus iacob. et iudices
f domus israel: qui abhominamini
iudicium. et omnia recta peruertitis
Qui edificatis sion in sanguinibus
et hierusalem in iniquitate. principes
eius in muneribus iudicabant: et
sacerdotes eius in mercede docebant
et prophete eius in pecunia diuinabant eig
5 et super dominum requiescebant dicen-
tes: Numquid non dominus in medio
nostrum. Non veniet super nos mala
Propter hoc causa vestri sion quasi
agrum arabitur: et hierusalem sicut
acerum lapidum erit: et mons
templi in excelsa siluarum

a Et in nouissimo dierum
erit mons domus domini
paratus in vertice mon-
tium: et sublimis super colles. et
fluent ad eum populi: et properabunt
gentes multe et dicent: Venite
ascendamus ad montem domini. et ad do-
mum dei iacob. et docebit nos de
b viis suis: et ibimus in semitis eius
Quia de sion egredietur lex: et
verbum domini de hierusalem. et iu-
dicabit inter populos multos: et cor-
ripiet gentes fortes usque in longin-
quum. et conflabunt gladios suos in
vomeres: et hastas suas in falces
Non sumet gens aduersus
gentem gladium: et non discent ultra